

Prologus.

552

Ducit corda innocentium. Vestra enim obediencia in omni loco diuulgata est. Gaudeo igitur in vobis: sed volo vos sapientes esse in bono et simplices in malo. Deus autem pacis preterat sathanan sub pedibus vestris velociter. Gratia domini nostri ihesu christi vobiscum. Salutat vos timotheus motheus adiutor meus: et lucius et iasoson et sofipater cognati mei. Salutat vos ego tertius qui scripsi epistolam in domino. Salutat vos catus hospes meus et diuersa ecclesia. Salutat vos erastus arcarius ciuitatis: et quartus frater. Gratia domini nostri ihesu christi cum omnibus vobis amen. Et autem qui potes est vos confirmare iuxta euangelium meum et predicacionem ihesu christi: secundum reuelacionem mysterij tempore eternis taciti quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum secundum preceptum eterni dei ad obedienciam fidei in cunctis gentibus cogniti soli sapienti deo per ihesum christum: cui honor et gloria in secula seculorum amen.

Explicit epistola Pauli ad Romanos. Incipit prologus in prima epistola ad Corinthios.

Epistola prima ad Corinthios multas causas diuersasque complectitur. Quarum premissarum relatione fratrum cognouit apostolus. Partim ipsorum corinthiorum sunt literis indicare. Nonnullas vero pro officij sui cura: aut ordinare: aut emendare et varijs curacionibus medetur. diuersa infirmitate languentibus. Nam apud eos pariter curatur dissensionis vitium: quod multi pseudo apostolorum vniuersitate inuulerunt scindentes ecclesie. ut proprij nominis facerent sectatores. quod his exprobrat vobis apostolus. Docauit dico quod vnusquisque vestrum dicat: Ego quidem sum pauli: ego autem apollo ego vero cephe: ego autem christi. Et ob hoc quod de hoc se dicit facere noium mentionem

ut multo magis erubescant id se facere sub falso apostolorum nomine: quod etiam si sub pauli et petri fieri nomine displiceret. Secunda causa est induci qui paterne oblitus reuerencie vroz sibi non erubuit facere de nouerca. Quod facinus licet fornicatores appellauerit apostolus: tamen ita condemnauit ut in vltione facti auctores talis opis diabolo iudicauerit deputandum imposita iudicio et litiu tercia questione. Quarto loco matrimoniorum iura tractantur his. Quinto loco virginis consilium velut euicino coniungitur. Sexto loco de escarum licentia disputatur. Septimo atque octauo loco de attondendo vritis: et mulieribus velando capite ac sacramentorum communionem precipitur. Nono loco emulatio que diuicitate donorum spiritualium nascebat sub exemplo membrorum et corporis castigat. De cimo resurrectionis spes multis et argumetis et rationibus approbatur. Vltimo de colligendis ad necessitate sanctorum nomine charitatis cura: vel edificatio cultui imponitur. Interferantur his pauca que aut (ut quibusdam videtur) pendunt ex superioribus: aut habent licet proprias tamen paruulas actones.

Explicit prologus. Incipit argumentum.

Corinthios sunt athenienses et hi siliter ab apostolo audierunt vobis veritatis et subuersi sunt in infanie a falsis apostolis. Quidam a philosophie et sola eloquentia: alij secta legis iudaice induci sunt. Hos reuocat apostolus ad veram fidem et euangelicam sapientiam: scribens eis ab epheso per timotheum discipulum suum.

Explicit argumentum.

Incipit epistola Pauli ad Corinthios prima. Capitulum. I